III/1332

1776 r.

2 ZLOTE

Actum in Drohiczyn in Positione Actorum Terrestrium Feria Secunda post Festum Visitationis Beatissimæ Virginis Mariæ proxima videlicet: Die Octava Mensis Julij Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Sexto, post Determinationem Terminorum Terrestrium Celebrata.

Ad Judicium Actaq praesentia Terrestria Drohiciensia Personaliter veniens Gnosus Mathaeus Radziszewski obtulit eidem Judicio praesenti Actum Condescensorialem in Fundo Bonorum Oppidi Mordy cum Subsecuta in Ordine transferendæ ad Civitatem Krakow Jurisdictionis, limitatione per Judicium Terrestre Drohiciense expeditum infrascriptum et ad Acticandum in Acta praesentia porrexit de Serie verborum sequenti: Actum in Fundo Bonorum Oppidi Mordy Feria Secunda post Dominicam Cantate proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo Septuagesimo Sexto. Praesentibus Gnosis Christophoro Krasowski, Mathaeo Obrycki, Faustino Szaniawski, Michaële Olędzki, Francisco Rzewuski, Alexandro Wasielewski, Mathaeo Jaworowski, Simone Głuchowski, Alberto Błoński, ac alijs ad hunc Actum congregatis, tum Ministeriali Gnali Regni Provido Thoma Stankiewicz authentico et Jurato Actum praesentem proclamante. Judicium Terrestre Drohiciense Condle infrascriptum vigore Decreti Judicij Terrestris Drohiciensis pleni in Drohiczyn in Terminis Terrestribus Feria Secunda post Dominicam Invocavit Quadlem proxima videlicet: Die Vigesima Sexta Mensis Februarij Anno praesenti in Causa Mci Jacobi Cieciercki Locillatoris Terræ Drohiciensis cum Successoribus olim Mcæ Angelæ de Indichie primario Conthoralis suæ

per Constitutionem novellam Statuum Reipublicae ad Ipsa Judicia
Remissa prolati, et in Actis Terrestribus Cracoviensibus Feria
Secunda post Dominicam Misericordiae proxima scilicet Die
Vigesima Secunda Mensis Aprilis Anno praesenti Oblatuati quo
mediante post subsecutam intuitu Juris aditalitij decisionem
pro subsequenda rerum Taxatione, ac alijs peragendis Condescen-
-sio Judiciorum Terrestrium, vel eorum Camerariorum, aut Of-
ficiorum Castrensium, sive eorum Vicegerentium, aut Bur-
grabiorum, eorundem Decreto exaratorum pro Die Actus hodierni ad
Fundum Bonorum Oppidi praesentis Mordy et Civitatis Krakow
est assignata, Quibus Judicijs vel Officijs absentia unius ubi
Duo, Duorum vero ubi Tres non obstante, dum modo Uno Judi-
ci vel Officiali, aut Camerario vel Vicesgerenti sive Burgrabio
in primis ad Bona Oppidi Mordy Condescensuris vel Condescensu-
ro, rerum mobilium, ac se se moventium, in Ordine subsequen-
da Taxationis earundem, tum et Summarum paratarum
morte olim Mci Antonij Grodzicki Pocillatoris Ovruczensis derelic-
-tarum in Mcam Angelam de Grodzickie Cieciorska Filiam eius
devolutarum, ac in post Fati eiusdem sub Jus aditalitium Sui
Mariti porrectarum, ac eisdem Fatis derelictarum, Regestro Docu-
mentorum vero et Scriptorum, quorumvis ad Substantiam
Grodzickianam Spectantium Summario per Mcum Jacobum
Cieciorski Pocillatorem Drohiciensem Conscripto, et super Integram
ac realem earundem Conscriptionem Juramento Corporali Com-
probatio ingerenda et demandanda et Rerum earundem tam
in Bonis Oppidi Mordy repertibilium, quam ad Civitatem
Krakow Causa facilioris Taxae transportatarum, vel transpor-
tandarum transferendo ad eandem Civitatem Cracoviensem Juris-
-dictionem Suam servatis in talibus Solemnitatibus juste et
adaequate etiam ad praesentiam Successorum Grodzickianorum quid
attentare volentium non obstante tamen quavis eorum Oppositio-
ne Taxatio; Successorum Grodzickianorum ad easdem res Solvendo
juxta Taxam valore obtinendas propriorum esse Declaratio, Sum-
maeque ex Taxa pro eisdem rebus adveniendae, tum etiam pro Frumentis
in Bonis

in Bonis Villae Szczygniew cum attinentijs Fatis memorati olim Mci Antonij Grodzicki
Pocillatoris Ovruczensis derelictis, et Regestro Seorsivo per Mcum Joan-
nem Borkowski eorundem Bonorum Anteactum Commissarium Conscriben-
-do et Juramento Corporali eorundem in Termino translato Jurisdictionis Com-
probando porrigendis detruncatis, nihilominus funebralibus eiusdem
Mci Grodzicki ac in pacificationem eius famulorum deservita Mercedis
alijsque pro tunc legalibus expensis Coaequalanda ad Certum quantum
reductio eiusque reductae Summae sub Jure aditalitio praefati Mci Cie-
ciorski herenda, ac pereundem pro re Successorum Grodzickianorum asse-
curanda determinatio, Omniumque pro Justo et aequo in praemissis per-
-actio, et Executio, post quae subsequenda Mci Joannis Borkowski Ante-
acti Commissarij ab impetitione quavis liberi esse pronuntiatio Sunt
praemonita. Cui Decreto insistendo ad Fundum Bonorum in Actu
Supra expressorum Condescendit Jurisdictioque Sua fundata et per-
Ministerialem praefatum proclamata Actum praesentem ad Diem Crastinam
reclamare jussit, in Crastino vero Actus suprafati eadem Jurisdictione

Comparitio

reassumpto ac pereundem Ministerialem proclamata, Mco Jacobo Cieciorski
Pocillatore Terrae Drohiciensis et Mco Joanne Borkowski eius Com-
missario Anteacto Szczygniovienti in Judicio Suo Condescensoriali personaliter Com-
parentibus. Quoniam Mcus Michaël Grodzicki Tribunus Lucoriensis
per Literas Missiles Die Decima Secunda Mensis Aprilis Anno prae-
senti in Topola datuatas ad Mcum Czarnocki Regentem Terrestrem Miel-
-nicensem ad praesens Venatorem eiusdem Terrae directas et ab eodem Mco
Czarnocki Circa seorsivas eiusdem literas Missiles eo intuitu ordinatas
transmissas Suoque in Judicio Condnali per Mcum Cieciorski Pocillato-
-rem Terrae Drohiciensis Actorem repositas, ac per Judicium subscriptas
adventum Sui ad Bona praesentia in Actu Contenta moderno tempore sub-
sequendum Obtulit, Proinde Judicium Condnale ne in peragendis ad
praesens incumbentibus obstante promissi adventus Offerentia praecipitare
videatur, quinimo prae habita peragendorum attentationi, Quandi sub-
sequenda interstitium praestando Actum praesentem ad Feriam Quartam
post Dominicam Exaudi proximam scilicet ad Diem Vigesimam Se-
-cundam Mensis et Anni praesentis limitat et differt Conservando Termi-
num ea in Causa paratum peremptorium, tandem Feria Quarta
post Dominicam Exaudi proxima scilicet Die Vigesima Secunda Mensis
Maij Anno eorundem Millesimo Septingentesimo, Septuagesimo Sexto hoc
Judi[illegible]

per Judicium Terrestre Drohicense ad Fundum eorund[em] supraexaratorum
Bonorum Oppidi Mordy ex vi supratenore Limitationis Suae ac Termini
Conservatoris Condescendendo Jurisdictioneq[ue] Sua in Praesentia Gnosorum
Joannis Krasnodębski, Faustini Szaniawski, Mathaei Obryckí Alberti
Brzeski, ac aliorum plurimorum Nobilium, et variae Conditionis homi
:num ad praesentem actum Congregatorum reassumpta, ac per Mnalem
Gnalem Regni Providum Thomam Stankowicz Judicij Sui Condescen
sionalis apparitorem proclamata supraexaratis, tam Mo Jacobo
Cieciersky, Pocillatore Terrae Drohicensis, quam Gnoso Joanne Borko
wski Antecato Bonorum Sarygniew Commissario Coram Judicio
Condnali Praesentialiter Comparentibus, et executionem Decreti ex quo praesens
peragitur actus urgentibus. Judicium itaq[ue] eid[em] Decreto insistendo
Iniungit. Quatenus Mcus Jacobus Cieciersky Pocillator Terrae Drohi[censis]
Regestrum Rerum Mobilium ac se se moventium, tum Summarium
paratarum fatis Mo[rum] Antonij Grodzicki Pocillatoris Zatoriensis
Parentis et Angelae Grodzicka eiusd[em] Filiae, Suae vero primae Conthoralis
derelictarum, tum et Summarium Documentorum, ac Scripto-
rum quorumvis ad Substantiam Grodzicianam modo quovis se se
Referentium post Fata praerecensiti olim Mi Antonij Grodzicki dereli
ctorum Conscribat et ad Judicium Condescensionale porrigat, Idq[ue]
instantanee, et Quoniam praefatus Mcus Cieciersky eiusmodi Regestrum
Rerum universalium, tam in Oppido Mordy, quam in Civitate
Krakow depositarum atq[ue] in Fundo Bonorum Sarygniew reten
:tarum, tum et Successoribus Grodzicianis ac alijs Personis extradi
:tarum cum adnotatione explicationis et Reversalium ac expensa
:rum per semet Ipsi erogatarum, nec non Summarium Docu
mentorum per se distincti Conscripta ac Subscripta ad Judici
=um Condnale porrexit. Ideo Satisfactione hoc in Puncto adinven
=ta iniungit Judicium. Quatenus praefatus Mcus Cieciersky realitatem
eiusmodi Conscriptionis Juramento Corporali Comprobet in ean
Rotham: prout, tam Regestrum, quam Summarium per se ad
Judicium porrecta realiter Conscripsit, et prout ex Rebus mobili
:bus et se se moventibus ac Summis Pecuniarijs fatis olim Mo[rum]
Antonij Grodzicki Pocillatoris Zatoriensis Parentis, et Angelae eius filiae
Suae vero primae Conthoralis derelictis, tum ex Documentis ac Scriptis
quibusvis

quibusvis ad Substantiam Grodzicianam modo quovis se se Referentibus
et post Fata eiusd[em] olim Mi Antonij Grodzicki derelictis, nihil quidquam
in praeiudicium Successorum Grodzicianorum Celavit, nec ad Sufficien
tiorem Conscriptionem tenetur DEO ita Ipsum et Sancta Jesu Christi
Passione in praemissis adiuvante. Additur Ministerialis ad pronun
tiandam Juramenti Rotham, Quod Juramentum, siquidem praefatus
Mcus Jacobus Cieciersky Pocillator Terrae Drohicensis flexis ad Im
maginem Crucifixi Christi Domini genibus iuxta Rotham Sibi
praescriptam observata Solemnitate in facie Judicij Sui Condescensionalis
praestitit, Idcirco post praestitum Idem Juramentum eund[em], et hoc in Pun
cto Satisfecisse Sententiae Suae Judicium adinvenit, et ab ulteriori Con
scriptione liberum esse pronuntiat, Post susceptam itaq[ue] Regestri
et Summarij Comprobationem, eorund[em] una cum Reversalibus
ac expensis per Sui Judicium Subscriptionem in ulteriori Regula
Decreto praelibato praescripto executione Judicium Condescensionale ad Taxa
tionem Rerum Mobilium, tam post olim Mum Antonium Grodzicki Pocil
latorem Zatoriensem hic in Oppido Mordy repertibilium, quam fatis olim
Mae Angelae de Grodzickie Cieciersska derelictarum Regestro memorato
exaratarum accessit, Qua taxatione adhibitis etiam pro exigentia non
nullarum artium fabris peracta et valore singillatim in eod[em] Rege
stro adnotati iniuncto Summariatim vero per Suum Judicium Con
descensionale exarato et quidem pro Rebus post olim Mum Antonium
Grodzicki hic repertibilibus includendo Summam per Ipsimet Mum
Jacobum Cieciersky post eius fata perceptam eod[em] Regestro Specificatam
ad Summam Undecem Millium Centum Viginti Septem florenorum
Polonicalium, iam vero pro rebus fatis olim Mae Angelae de Grodzickie Cie
ciersska derelictis ad Summam Duodecem Millium Sexcento
rum Sexaginta Unius florenorum et grossorum Trium Polonicalium
reducto Summam ad praesens Computatam Viginti Trium Millium
Septingentorum Octuaginta Octo Florenorum, et grossorum Trium
Polonicalium ad generalem Coaequationem post perficiendam universalem
in Civitate Krakow taxationem expensarum. Omnium etiam ad praesens
porrectarum ad praescriptum Decreti praelibati in ibidem Detruncationem
in Termino transferendae Jurisdictionis subsequendam Judicium deter
minat.

determinat ac in ordine horum Omnium adimplendorum et alio-
=rum Decreto Actum præsentem ordinanti Suo Judicio Commissoriorum
transferendoq́ eo intuitu ad Fundum Civitatis Krakow Jurisdictio-
=nis Sue Actum præsentem ad Feriam Secundam post Festum Sancti
Laurentij Martyris ad Diem scilicet Duodecimam Mensis
Augusti Anno præsenti incidendam cum facultate etiam aliorum
Judiciorum Terrestrium, vel Officiorum Castrens Decreto prolibato
exaratorum, sive mosina Camerariorum, aut Vicesgerentium vel Sub-
grabiorum, Dum modo ex eis Personæ unius ad præscriptum ejusdem
Decreti in Casu Legalitatis Sui Judicij Condictalis Conducendorum
vel Conducendi limitat, et differt, Terminumq́ ea in Causa Con-
=servat in ibidem paratum peremptorium Actus præsentis Condescen-
=sorialis vigore Theodorus Valentinus Bielinski Notarius Terrestris
Terræ Drohiciensis manu propria. Post Cujus Decreti in Acta
præsentia Ingrossationem Originale eiusdem eidem offerenti præ-
via Judicij præsentis Quietatione est extraditum

Limitatio ad transferen[dum] Jurisdictione Fundum Krakow

Ex Actis Terrestribus
Drohiciensibus Extractum
Ignacy Kosinski VTD
mpp
Officio

In Actis Terrestribus Cracoviæ
Sabbatho post Festum S. Petri in Vinculis
proximo die scilicet 3. Mensis Augusti
Ao Dni 1776.

Præsens Oblata Actis Terrestribus
Ad hoc Actum per Oblatam
porrecta Suscepta et Inducta
Per Dominum: Josephus de Maliboli e
Malibolski Vicenotarius
Terrestris Cracoviensis
[illegible]
[illegible]

Legi Radziszewski
mma

Actus Condescensorialis in Fundo Bonorum Oppidi Mordy cum subsecuta in ordine transferendæ ad Civitatem Krakow Jurisdictionis Limitatione expediti

Oblata 1776 Anno

[illegible]

in actis Terrestribus Drohicen[illegible]

f. 2 [illegible] Visitationis

BVM.

38

3. 113

43

Muzeum K. Kluka
Nr. inw. III/1338